



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 38. Prophetis quoq[ue] familiare fuisse silentiu[m] probatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

blasphemias, 4. Reg. 18. 2. Par. 32. & toto ferè capit. 36. Iſaiæ congeſſit. Quid autem ad hæc populus? mox addit verſ. 21. *Et ſiluerunt & non reſponderunt ei verbum. Mandauerat enim eis rex, dicens. Ne reſpondeatis ei.* O quanta regis prudentia & populi erga regem de ſilentij mandato obſeruantia? Quam pij Chriſtiani ad hæreticorum & improborum blaſphemias meritò imitari tenentur.

CAPVT XXXVIII.

Prophetis quoq; familiare fuiſſe ſilentium probatur.

*Prophetis
ſilentium
familiare.*

EX multis, ſufficit triū aut quatuor Prophetarum exempla recensere, vbi primò occurrit Regius Propheta Dauid, qui Pſal. 138. 4. ait. *Et omnes vias meas præuidiſti, quia nō eſt ſermo in lingua mea.* Pſal. 38. 2. *Posui ori meo custodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me: obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à*

bonis,

bonis, & dolor meus renouatus est. Et Psalm 54 8. vt cap. 21. num. 1. Et cap. 42. num. 2.

Secundò, Ezechiel quoq; ex Ezechiel.
præcepto diuino tacere debuit. Vnde Ezech. 24. 16. inquit Dominus. *Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neq; plorabis, neq; fluēt lacryma tua, ingemisce tacens.*

Tertiò, exemplum petendum à Propheta Ieremia, qui in Ieremias.
utero matris sanctificatus fuit, iuxta id dictum Domini ad illum. Ierem. 1. 5. *Prusquam te formarem in utero noui te, & antequam exires de vulua sanctificauit te, & Prophetam in gentibus dedi te.* Tria certè egregia encomia & omni acceptatione digna, & maximè, in vulua matris sanctificatum fuisse, utiq; etiam in lingua, in qua non erat periculum alicuius casus. Nihilominus cùm iam destinatus esset muneri prophético,

phético, quid inquit? Sequitur v. 6. *Et dixi, A, a, a, Domine Deus. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.*

Quartum est, de Propheta Iob, in quo silentij & arctioris in cellis custodiae non adumbratum, sed verissimum exemplum eluxit, cum Iob 31. 34. loquens de susceptione pauperum, ob quam amicis contemptui erat, inquit. *Si expavi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium meum.* Prophetis tamen non semper tacendum esse, patebit infra cap. 57. num. 1.

CAPVT XXXIX.

Religiosis maximè & Sacerdotibus conuenit aliquando taciurnitas, quòd graui probatur exemplo.

Religiosis conueni silentium.

DE primis loquitur D. Iacobus 1. 26. *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius*